ex vino pibito

Hoc duce nam vetita decerptum ex arboze pomum:

des peccata impta

Ipsaq; sunt magni iussa soluta dei.

deus

mizabiliter acensibz

Tunc pater omnipotens tumidas exarsit in iras:

expulsa

Cumq; suo nuda est eua fugata viro,

ada

post moysi pami egredi introptza  
operadisa d domy d rpi t in sudore

Hinc labor: hinc morbi subeunt: hic curua senectus:

afezatis male

peccati

Hinc via letiferi pzima reperta mali,

unicu

tbody

lesit

peccatu originale

primipare tis

Unica q; seros offendit culpa nepotes: q; nec q; sit vinefura

quatu

ofendi

ab ipseada

noctua

post modu

q; grauis heu laesi numinis ira nocet:

fin deus

Attamen arcano natu demisit olympto

purigatu

originali

impissim

est

Ut purgata sua crimina morte forent.

relo

Sanctus ab aethereo descendens spiritus are

paradiso

maue

vicia intrat

Casta palestinae virginis exta subit,

et hinc pteza

corp humani

Unde libens sumpsit mortalia corpora christus:

percepit

uult

Atq; horrenda sui iussa parentis adit,

quado ynterualet

beatus ipace

impeator

mudu

ill

Cum regeret foely paccatum octapius orbem:

oculto

stemplo

esset

Janus et occulta clausus in aede foret,

magna vario

mudo

Plurima diuerso miracula gessit in orbe

p q seu

veru en esse

inditabat

Sigpaq; non fictum testificata deum:

Annus

sternsa

populus

creata

ageris

Iuuda surrexit solymis gens edita campis

cultris

et piamt

Agnus et indigna sub cruce fixus obit.

anima exalavit

b. iiii

Illyris e promissa  
omnifines latissime na  
hinc e italia superiorq  
remanis macedonia  
ptraia eptus h  
signa atrationis unde  
similiter fuitis maximo  
damnis dicitur e di  
stucos penetrare  
signa

in nra subfacione  
tenebat  
gubernabat  
ille imperator  
Imperata regio sic dicta

Tempore voluebat mundi quo caesar habenas

Cui fortis victa est illyris ora manu.

Tunc fuit obscura velatus imagine titan:

Orbaq; fraterna luna gemebat ope:

Ulla nec attonito fulserunt sydera caelo:

Et quassa est tonitru machina tota nouo.

Tunc metuens tremuit magno cum murmure tellus

Templaq; cum saxis scissa fuere suis.

Mortua tunc praefcos sumpserunt corpora sensus

Cognitus hac veri filius arte dei est.

Nota sed est tarda diuina potentia genti.

Nil iuuat amisso claudere saepta grege.

Deuolat interea passis leuis ymbra tonantis

Et stygia insontes fauce reducit auos.

Tertia cum nituit tenebris auro fugatis

Exiit: et yulso marmore viuus abijt.

Semianimis tacuit lapsis custodia raelis: sagittis

Plenaq; legitimi corda timoris erant.

Post modo gaudentem conscendit victor olympu

Quo totum aeterna lege gubernat opus.

sol  
flebat in mine solis  
Orbaq; fraterna luna gemebat ope:  
Ulla nec attonito fulserunt sydera caelo:  
Et quassa est tonitru machina tota nouo.  
Tunc metuens tremuit magno cum murmure tellus  
Templaq; cum saxis scissa fuere suis.  
Mortua tunc praefcos sumpserunt corpora sensus  
Cognitus hac veri filius arte dei est.  
Nota sed est tarda diuina potentia genti.  
Nil iuuat amisso claudere saepta grege.  
Deuolat interea passis leuis ymbra tonantis  
Et stygia insontes fauce reducit auos.  
Tertia cum nituit tenebris auro fugatis  
Exiit: et yulso marmore viuus abijt.  
Semianimis tacuit lapsis custodia raelis: sagittis  
Plenaq; legitimi corda timoris erant.  
Post modo gaudentem conscendit victor olympu  
Quo totum aeterna lege gubernat opus.



<sup>inde a p̄p̄dite</sup>  
<sup>homo</sup>  
I. nunc et dubita verum gens perfida christum:  
<sup>honora</sup> <sup>poteſtate</sup>

I. cole nunc falſi numen inane iouis.  
<sup>nobis</sup>

At tu magnanimi ſoboles generoſa parentis  
<sup>quid p̄otes Imperari</sup>

Cuſdatur inuicti principis vnus honoz.  
<sup>quid</sup> <sup>om̄es</sup> <sup>honoratas</sup> <sup>nationes</sup>  
Cum fueris totus populo celebratus in omni/

Uenerit et cauis ſparſa ſenecta comis/  
<sup>prociſis</sup>

Hæc vtiſnam aſcendas pacti ſaſtigia coeli:  
<sup>mercedis</sup> <sup>regis</sup>

Non erit hac meritis dignior ora tuis,

### Argumentum

Cylibertus comes delphinus adeo ſtrenuus eſt: vt  
in to bello nulla proſus arma timeat: z velit hoſtes in  
ſeſe irruentes tū magnanimitate tū prudētia vel vincere:  
vel viriliter pugnādo occūbere: cū aut noctno tēpore  
dormiāt alij: ſolus ipſe reuoluit quo nā pacto poſſit ſu  
peratis hoſtibus in ſignē victoriā referre, qñ qdē bonū  
principē deceat: nō tā die q̄ nocte p̄ p̄plo ſuo iuigilare:  
tā clarū: tāq̄ generoſū ducē fauſtus q̄ libētiffime deſ-  
criberet: ni ſe oīno indignū eſſe perciperet: ſed q̄uis  
ille a ſublimiori poeta decantatus fuerit: maior tamen  
fama ex inuicto principe: q̄ ex poeta ipſo flozebit.

Qualis in argolicas ſtricto ruit enſe cohortes

Uectus anhelanti cum foret hector equo:

Qualis et oppoſitos mauros furibundus in hoſtes

Dirigit intrepida tæla cruenta manu:

Qualis inaduerſas vaſto ruis impete turmas

Bellica cum raucæ ſigna dedere tubæ,

Non trepidas medijs ineuntia praelia campis  
Agmina: non ictus Marte fremente graues,  
Non tormenta times valido disiecta lacerto  
Grandia nec forti saxa rotata manu:  
Perfuris accensus qua densior imminet hostis:  
Multaq; sanguinea corpora fundis humo,  
Eminus audacter fodis hunc: modo cominus illum  
Et latam indenso tu facis hoste viam,  
Cumq; anceps pugna est: et cū certatur utrinq;  
Acriter: vrgenti cedere turpe putas,  
Inq; tuo solitæ renouantur pectore vires:  
Maior: et infestos ardoz iure viros,  
Uincere vis reliquos gladijs licet vndiq; sæptus:  
Seu cadere intepidam fortiter ictus humum,  
Semper et inuitæ comes est prudentia dextræ:  
Hæc bene consilio: virtibus illa domat.  
Cum latet occiduo diffusus in æquore titan.  
Altaq; nocturnos luna gubernat equos.  
Non tibi securum dant mollia strata soporem:  
fessaq; nec lenis corpora somnus alit,

Proutda sollicitis vexantur pectora curis

Qua pedes: et qua sit parte locandus eques,

Claudere quo fossas: obcessaq; incenia possis

Rumpere: quo proprio castra fugare loco,

Cincta triumphali valeas quo tempora fronde,

Partaq; victrici signa referre manu,

**C**Semper enim rector cura stimulatus edaci

Pro populo debet peruigil esse suo

fortia magnanimi cantantur ut hectoris arma

Nomen inextrinctum sic tua gesta ferent,

Si mea non tantos nigraret musa triumphos

Concinerem laudes dux gyliberte tuas:

Te gelidus boreas: pluuius te nosceret hauster

Ut fileam æoos: occiduosq; dies,

Quisquis erit dextro cantator: apolline vates

Meonio dotes intonet ore tuas.

Ut ventas foelix digno reboandus hyatu:

**C**Non nisi sunt alta magna sonanda tuba.

Sed licet eximij volitet vaga fama poetæ,

Maius abinuicto principe nomen erit.

Argumentum.

Iuppiter medio caelo insidens: et humanū genus secū ipse miserans ad subitū cōciliū deos oēs cōuocat. quōbz sūma cū attētiōe audiētibus enarrat: se quōd hoīez cælis animātibz dominātē ex recēti et vili luto formasse. Cæterū breuē et morbosā illi vitā dedisse ne forte ob tātum p̄ncipatū nimia supbia tumesceret: quā autē pij et optimi p̄fis est filijs aduersa valitudine laborantibz succurrere. Ideo oībz quōd medicis artibus guelmu basinum parisiēse donat: vt ægrotātibus hoībz optatū auxiliū afferat. Eximia enī virtus iusto ac merito p̄æmio fraudari nō debet: assētētibus dijs iuppiter marcuriū nunciū ad solādos mōrtales demittit: quo quōd audito exultās tellus medicas oēs herbas huāno viui necessarias parit. Itaqz nihil oīno mirū est: si guelmu basinus ab oībz tū viris: tū fœminis: sūma cū veneratiōe colatur, quādoquidē nō tā hoībus quā deis ipsis gratissimus sit.

Iuppiter omnipotens caelo confederat alto

Lactea conueniens qua via nomen habet.

Sentis et humanæ sortem miseratus iniquam

Conuocat aethereos ad sua verba deos.

Protinus attonitos mora nulla retardat euntes:

Circuit et medium facta corona iouem.

Stellato genitor solto sublimior in fit

Et chorus arretris auribus omnis erat.

Qui mecum æterno cælestia regna tenetis

Imperio magni: viscera nostra: dei.

Non ego vos longa fessos ambage morabor.

¶ Arcanda est spacio quæqz loquela breui

Postq̄ diuisa est cæcis natura tenebris:

Et sortita suum cuncta fuere locum.

Ipsa promethæo mortalia corpora limo

finximus ad causas ingeniosa nouas:

Clarioꝝ ut reliquis soboles animantibus esset

Sæpius auctorem testificata suum.

Si foret hæc superi cælata potentia scæptri

Ullis et ex omni parte minuta foret.

¶ Scilicet augenda est rerum fortuna suarum

¶ Regia non omnes scæptra decenter habent,

Ne tamen humanæ sit tanta superbia menti

Assiduus tristi pectore moeror inest.

Regnat et in misero varius sub corpore languor,

foeda nec immundo pars vacat vlla situ:

¶ Longaq̄ producat viuax cum sæcula comitæ

¶ Solus ab angusto tempore clausus homo est.

Irreuocanda meæ sic stat sententia mentis:

¶ Ipsaq̄ sunt nulli fata mouenda deo.

At saltem addenda est ægro medicina tacenti

Ut dolor ex aliqua parte leuatus eat,

Auxilium præstare piū: nec inutile debet

Officium natæ cura paterna suis:

Sed neq̄ supremo qua surgit ab æquore titan,

Nec qua defessos soluit anhelus equos,

Nec qua subiectus medijs calet æstibus orbis:

Nec qua ryp hæo frigore bruma riger,

Aptior ad nostras mortalis venerat aures

q̄ sua basinæ firma columna domus.

Scilicet ipse viget recti moderator et æquit:

Et gerit assiduas in mea templa preces:

Sed citius libyci numerabitur alga profundæ

q̄ numerem laudes clare guelme tuas.

Ipsæ salutifera quicquid videt arte machaon

Quicquid et inuentis phæbus apollo suis.

Solus hic accipiat: totiq̄ salutifer: orbi

Primus eat: dorso summa sit ista suæ.

**C** Postulat ipsa decens semper sua præmia virtus.

**C** Quæ datur ex merito gratia: iusta datur.

Omnibus hæserunt grati pia verba tonantis.

Et petijt iussam nuncius ales humum.

Ut properata dedit summi mandata tonantis:

Exiit in partus terra soluta nouos,

Edita tunc diris infesta est menta colubris

Brata sed instomachos esca futura graues:

Brassica tunc fluxit validos factura nepotes:

Albaq; sincerum beta datura caput.

Tuac fuit eruca tussis releuata salact:

Tritaq; luminibus profuit illa malis.

Ocima venerunt morbos pulsura caducos,

Mollior et durum malua resoluit onus,

Sessilis imminuit ventres lactuca tumentes,

Stillata est uernis frigida gutta rosis.

Quid memorẽ profugis adhibenda papauera sõns:

Et quorum est verbis copta larga meis:

Unica cum vireas medicæ tutela salutis

Tu mirum est, si te sexus vterq; colat:

Argumentum,

Fastus musam suam mirum in modum hortatur:  
vt derelictis tandem scrinijs Raphaellem cuppinum  
mantuanum patricium adeat: nec latrantes vnq; in-  
uidos fornicet. quoniam omnes iam diu faustino quis  
mare profirati sint: et primam elegi carminis victori-  
am rettulerit. qñ publica iaurea i academia romana

coronatus fuit. magna siquid laus est: et potissimum no-  
mē in primaria illa vrbe obrinuisse: et mordētes a se ipso  
canes repellere potuisse. Ad hæc raphael eā ab hostili  
lingua tutā in eolumēq; reddet: sicuti ille bononiēsem  
rectorem gerens a ciuili tumultu bononiam ipsam libe-  
rauit: sed quis ob præclarum illud facinus nullū oīno  
triumphum egerit: tamen et pontificio et ciuili iure  
insignitus fuit: triumphalis enim pompa fluxa atq; ca-  
duca est: singularis autem virtutis ornamenta semper  
durantia florent.

Circa mantoam dextro pede musa perurbem:

I

Grataq; cupineæ limina gentis adi.

Sat mea quæsitum seruarunt scrinia carmen:

Magnaq; sunt lenta tedia facta mora.

Sarrula quid metuis nasuti murmura vulgi!

Murmura iudicij despicienda tuis.

Assiduo maior latratu gloria crescit

Ulla non ullus carmina liuo: edit.

Num tibi parta dedit primam victoria laudem

Martia cum nostrum roma probauit opus:

Cum dedit emerito gestandas vertice lauros

Ipse triumphanti publicus vrbe fauo.

Ignea cum fuluo rutilabat purpura cultu:

Et stabam excelsa sede videndus eques.



Non ne faceret supplex deiectis cosmicus armis?

Porrigit et domitas in mea iura manus:

Ita licet minimū pariat victoria nomen;

Non facit aduices musca pusilla meas.

¶ Est aliquid primo manifestum carmine nomen:

¶ Semper et infestos pellere posse canes.

Pellitur ut veniens rabidorum turba luporum

Ne vigil orbatum pastor ouile gemat.

Quin etiā raphael toto celeberrimus orbe

Reddet ab hostili carmina tuta manu.

Reddidit ut stricto iam libera moenia ferro

Cum data sunt merita scæpra gerenda manu.

Mutua ciuiles agerent cum bella tumultus.

Et casura sua fessina Marte foret.

heu quanto infesti sudassent sanguine ciues

Prouida ni tantæ cura fuisset opis.

Non ita thessalicis prostrata cadauera campis

Romula subtristi sydere fleffet humus.

Non ita ferales implerent funera cannas

Rhenus ut infectis auctior esset aquis.

Ipsa triumphales seruata bononia currus  
Cinctaq; debueras tempora fronde sequi.  
Debuit huic moles alto subiecta colosso  
Stare vel in medio conspicienda foro.  
Ut stetit insculptus solido germanicus ære  
Barbara cum latio subdidit arma iugo.  
Ut stetit in vasto materni culmine templi  
Cæsar in inuicto supiciendus equo  
Addita sed maius referunt insignia nomen  
Clarus ut ex omni parte triumphus eat.  
Rumpitur effigies siculis licet acta caminis  
Et nimio quoduis tempore cessat opus.  
Dic vbi tam celsa mirandus imagine phoebus  
Aspera ceruleis qua rhodos extat aquis?  
Dic vbi formatus gallis cylenius oris?  
Atq; ferus simili factus ab arte nero?  
Dic vbi cæsarei moles operosa theatri?  
Ipsaq; tarpei scæptra superba iouis?  
Dic vbi niliaci sublimia busta canopt?  
Omnia communi dirruta sorte iacent.

¶ Scilicet hanc tetricæ legem statuere sorores

¶ Quælibet vt certo morte creata ruant,

huic data sed gemini stabunt præconia iuris

Dum vitreus leni mincius ibit aqua,

Dum pater vndabit flaua benacus harena,

Et phaetontæi proxima lympha padî.

¶ fixa viret semper stabili sapientia corde

¶ Nec tímēt extremos candida fama rogos,

J. precor, J. foelix tanto subuindice musa:

¶ Quilibet inuicto subduce tutus abit,

### Argumentum

Quâuis strenui viri apud celsos poetis celebrati fuerint: tñ irritam atq; inanē famā assecuti sūt: qm̄ vetustam illam ætatem mēdacem fuisse constat. faustus vero antiquis poetis iure ante ponendus: est hac scilicet in re q̄ scribēdi guielmî rupifortis materiā habeat verissimam. Inclÿta enī et vera matteries firmitus fertiliusq; poema efficit: magnā profecto grātsam consequitur poeta ille. cui tēporibus n̄ris datū sit: vel gu. elmuū ipsuz vel quēuis sūmū aliū virū veridico carmine prosequi,

Arminis antiqui mendosa licentia constat:

Et non credendæ fabula vana rei,

Siqua viget tali cantata poemate fama:

hæc habet a ficto nomen inane sono.

**C**or noua cōposuit mendax figmentavetustas  
Quot latum immensas continet æquo: aquas  
At tu magne pater fato melioze triumphas:  
Nec minor est scriptis fama futura meis,  
Nam tua gesta patent nulli fingenda poetæ:  
Et mea veridicum pagina carmen habet.  
O foelix nostro princeps qui tempore præbes  
Condendam æterni carminis hystoriam,  
Atq; ego sum vates stellis foelicibus ortus  
Cui data sunt tanti facta canenda ducis,  
**C**inçlyta materies firmissima roboræ præstat  
Et carmen vena fertilioze fluit,  
Quis renuat clari sublimia princips acta?  
**C**O quantum est summos posse referre duces,

**P**rimi libri finis

# Publii fausti andrelini

Foroliuensis illustris poetæ Laureati ad Guilelmum  
Rupifortem Eminētissimum Franciæ Cancellarium  
Elegiarum Liber secundus.

## Argumentum

faustus sub matutinū tēpus desertuz in locū secedens  
secū ipse agitabat: an forte ad cōponēdū heroū carmen  
idoneus esset: ad cudēdū em̄ poema agiliozē profecto  
sensum habet solitarius poeta: spes autē a sacris musis  
missa hæsitatē illū hortatur: ne in aggrediēdo pficiēdo  
q̄ ope diffidat. Nā vnus q̄sq̄ bene sperādo nullo proz  
sus timore concutitur quin ex opera sua magnū quidē  
fructū assequatur: Ita q̄ vetustissimi illi poetæ eadē ip̄a  
spe allecti tā p̄clara tāq̄ diuina monumēta reltquerūt.  
Magnanīmi si q̄d viri est: sēp ardua ac difficilia appe-  
tere: z icæpra ad calcē vsq̄ deducere, vt adamas hirci  
no tm̄ sāguine et eo quō tepētī frāgītur: Ita spes ip̄a  
nulla certe alia re: nisi a solo hoīe desperāte rūpt̄ pōt.  
faustus huiuscemodi verbis accensus deliberat opus  
veræ religionis tā diu a se ip̄so cōceptū exequi. In̄tea  
guilmo rupiforti hasce elegias dedicat: quēadmodū  
quolibet carmen vero sēper amoze p̄sandū est: ita ma-  
gnū ac generosū virū decet: scribentem poetam  
summa et beniuolentia et ope complecti.

Osida surgebat croceo pallantias ore.

Illaq̄ nascentis præuia solis erat.

feruidus extendit cū torrida brachia cācer

Et minuit vires hora durna suas.

Ipse ego tunc anceps heros conditor æstri

An foret hæc humeris sarcina digna mea.

Aut siluestris petij secreta recessus

Qua fluit vndanti garrulus amnis aqua.      c. liij.

¶ Scilicet agresti capta est dulcedine musa:  
¶ Et loca condendum deuta carmen amat.  
Anxia concęptam voluunt dum pectora molem:  
Ecce oculis facta est obuia nympha meis,  
Huic adamantæo vestis radiata colore  
Et vario cinctus flore capillus erat.  
Tantos honorato fulgo: manabat ab ore  
Ut mea sint visu lumina casta suo.  
At postq̄ erepta est hebeti caligo tuenti  
Atq; aciem sumpsit lumen vtrumq; suam  
Sic prius ingressa est. dubio quid corde volutas  
Inscie consilij fauste poeta tui:  
Solicitos iam pone metus: iam pectore toto  
Concipe diffusæ gaudia plena rei.  
En ego pierij venio spes nuncia cætus  
Ut sim materiæ fida magistra tuæ,  
De duce surgentes spernit raris vnca procellas  
Portanturq; hylari ferrea vincla reo.  
De duce non metuit perituram vinito: vnam  
Nec factū inuersam semen arator humum,

Hæc mea quæ vario contexta est flore corona

Diuersam humani spem notat esse chozi.

Nullius illato fortunæ frangor abictu

Ni desperantis mens sit abacta viri.

Unde color nostros adamantinus induit artus:

Nanq; adamas solo sanguine fractus hyat.

Sic maro sublimem sperans æquauit homerum

Dum sonat ingenti troica facta tuba.

Sic fraterna cohors: sic punica bella canuntur

Sic raris hæmonios quæ tulit alta duces:

Et numeris æterna tuis præconia surgent

Si noua suscepti principis acta canas.

~~¶ Pondera magnanimū sēper subit ardua pectus~~

~~¶ Atq; opus exactum lima suprema facit~~

Uix erat extremæ pars hæc rebausta loquelæ:

Cum mea phoebeum viscera numen inir.

Hinc iussam immenso laudē bacchamur hyatu

Dotibuslo princeps inuidiose tuis.

Hæc etiam vndeno properata poemata gressu

Perpetuum nostri pignus amoris habe.

**¶** Quodlibet vt vero pensandum est carmen amoze

**¶** Sic decet a magno gratia missa duce?

### Argumentum

Virgilius octauū z vigesimū annū agēs buccolicū carmen humili quod stilo ludēdū suscepit: vt sibi ipsi et augustinū cæsare z nobiles alios cōciliaret: quoz fauore agrū suū post ciuilia z nepharia illa bella amissū receperat: Theocritū Syracusanū: a quo nō lōge abest: sūmo studio imitari conatus fuit: et opus ipsum triēnio absolutū edidit: deinde inscribēdis georgicis mediocri qdē caractere vsus est: hesiodum ascræū: quē admotis: vt aiūt: calcaribus seq̄batur: lōgo post se Intervallo reliquit: poema septēnio confectū munifico illi mecænati dedicauit: qui sibi vix noto in recuperando agello non parua qd̄ opē attulerat. Postremo ad extollēdū augustū cæsare sublimē z diuinā æneida aggressus: ita totū homerū absorpsit: vt facile discernere nesciat alterū ab altero supatū fuisse: Quauis ob immaturā mortē interruptū opus reliq̄re coactus sit: Et in eo pficiēdo ānos vnde cōstruisset. faustus tria illa opa hoc breuiusculo compēdio coarctauit: qd̄ disertissimo petro coardo regio aduocato attitulatū publice recitauit: cū inf. orētissimo parisiēsi gymnasio æneidē ipsā maro z frequentī auditorio exordiretur. Cōpendiū quantūvis arctatū nō mō nō spernendū: sed cuiuslibet numeroso volumini: mea quid sētentia: præferendū est: si prolixā oēm materiā lucida et concina breuitate complectatur.

**¶** Radio: æterni diuina poemata vatis

**¶** Quem tulit vndantē mantua cincta lacu,

**¶** Duris honoratum patrias qui carmen adoras

**¶** Primus inausonia conspiciendus humo,



Sarrula sublimem si græcia iactat homerum

Nostra corburnato lingua marone tumer.

Hic resonat pulchram medijs amaryllida siluis

Lentaq; subviridi carmina fronde canit,

Dum queritur fugiens patrijs melibeus abagris

Ducit et infoelix capta per arua pecus,

Hic geminata fero suspiria fundit Alexi

Urveniat leni mitior ore puer,

Ut velit oblatum cozydonis munus amanti

Et colat exiles iunctus vterq; casas,

Hic vesana refert alterno iurgia versu

Quæ geminus viridi pastor habebat humo.

Omnia quæ iusto sedata palemone cessant

Dum vitula dignum censervtrumq; sus,

Diceris et ridens caro salonine parenti

Et sua plozatus funera daphnis habet.

Et grauis hæsterno sylenus fertit hyaco.

Carmina mox pueris grata duobus habet.

Arcas et æquali cozydon cum tyrside certat

Lætio: et domitovicto: ab hoste redit.

Et queritur sponsa decæptus confuge Damon  
Cantatusq; domum Daphnis ab urbe redit  
Tristis et accelerat populatam Moeris ab urbem,  
Atq; inuita nouo munera portat hero,  
Obuius et querulū Lycidas remozatur euntem:  
Moestus et inceptam finit vterq; viam,  
Anxius insequitur fugientem Gallus amicam  
Dura per alpina saxa referta niue,  
Et demū infelix voto frustratus inani  
Calcidica repetit verba notata manu.  
Hactenus hæc lusit trinos vigilata per annos  
Cum foret audaci prima iuuenta sono,  
Post modo virgilius latios miseratus agrestes  
Instruit a scæcis rura colenda modis,  
Commoda demonstrat sulcandæ tempora glebæ  
Quo sterilis: quo sit pinguis aranda modo,  
Et quando inuersa triticum tellure serendū est,  
Ipsaq; cum reliquo semine farræ docet,  
Pinguis quid faciat cū tonsa noualia cessant,  
Quæ sint exhausto semina danda solo.

Ut repararet pascas ceu nixa puerpera vires,

Possit et vberio: luxuriare seges.

Et rigat arentes agros: bibulasq; lacunas

Siccatur: et infestas per sata terret aues.

Frugibus incidit: nocuam crescentibus umbram

Armaq; pagana monstrat habenda manu.

Seruandumq; linit vario medicamine semen,

Foenosis et magni signa futura docet.

Maturæq; habilem segeti supponere falcem

feruida cum nimio terra calore sitit.

Aptaq; succisæ constructa est area messi.

Et sicuræ fiunt annua sacra deæ

Atq; leues paleæ vacuas iactantur inauras!

Area cum crebro verbere trita gemit.

Hoc duce caurus habet prænuncia rusticus astra:

: Quid sol: quid surgens luna cadensq; ferat:

Quid struxisse sinant festis sacra iura diebus:

Quæ bona sint noctu: quæ potiora die.

Nubila quid moneat: cælo quid aperta fereno:

Et quæ nymbiferum tempus argenda iubet.

Quid regio diuersa ferat quæ pugnata mittat  
Pabula quæ reliquas ausonis ora premat  
Hic arbor frondosa viret: nec bacchica desunt  
Dona nec ingenio cognita terra suo  
Eriguosque greges: armenta que grandia cantat  
Ipsaque mopsopijs condita mella fauis:  
Hic etiam vates maior concitus œstro  
Smyrnea resonat bella cruenta tuba.  
Scilicet æneas iunone oppressus iniqua  
Aduersum insiculam per mare fertur humum.  
Erroresque suos memorat: troiamque cadentem:  
Ipsa sed audito flagrat elysa duce.  
Operatumque cauo furtum committitur antro  
Plurimus effusis dum cadit humber aquis.  
Dum fugit æneas latius compulsus in agros  
Sanguinea dido concidit tæta manu.  
Annua sed functi celebrat monumenta parentis  
Prouidus et ludos conficit ille pios.  
Post gemit exustas furiata mente carinas  
Etmersum ignoto te palinure mari

Eo idem ætremo missenum exurit insigne

Qui iacuit tumidis inuidiosus aquis.

Ac duce cumæa manes descendit ad imos

Et discit sobolem patre docente suam.

Inde petit rapidi fatalia tybidis arua

Qua sua longæuus regna latinus habet.

Et quæ sponsa fuit rutulo lauinia turno.

Nubilis iliaco traditur illa duci.

Sentit vt hoc turnus rabidas accensus in iras

Horrida magnanimos cogit in arma duces.

Eneas subitis regem petit arcada velis

Et redit auxilio marte fauente dato.

Dat quoq; facta suo venus obuia coniuge tæla

Quæ sita venturi gesta nepotis habent.

Obsidet interea furibundus troica turnus

Moenia: quæ proprio sunt viduata duce.

Et super ipse cadit prostratum nisus amicum

Dum petit absentem nocte silente ducem.

At pater obsecro rediens succurrit iulo:

Multaq; sunt forti corpora cæsa manu.

Mittitur et pallas patriam prostratus ad urbem

Sunt data funereis cætera membra rogis.

Et tandem est phrygio confossus vulnere turnus:

Clauditur et libris pugna peracta suis.

### Argumentum

Antonius maria seuerinas optimo quid iure cõq̃ritur. q̃ a iano rheutonico a se ipso pene occiso deuictus sit. Nõ em̃ paruũ tormētũ est. Jã partã victoriã ifortunio nescio quod amittere: et in eũ p̃sertim triũphũ deduci: Inquẽ captiuus hostis iure ducẽdus fuerat. Cæterum maior victi glia q̃ vicẽtis est: Ille em̃ tyro inveteranũ ducẽ primus tãto q̃d ipetu irruir: vt illius arma multiplici tegmine circũdata p̃fozet: neq; ipse nõ mõ læsus s; ne tactus q̃d sit. et q̃uis currens equus munitũ vndiq; vallũ disrupat: et in p̃pinquã fossã vna cũ sessore ipso præcipiteur: exurgẽs tñ antonius ianũ eq̃tẽ stricto statim gladio inuadit: et in sublimes auras sese extollẽs: ab hostili manu vibratũ ensẽ deripit. Indignatus autẽ ianus ex spumoso et anhelãti equo desilit: quẽ acce- rãs antonius ense illo vulnerat: quẽ paulo ante ex iano ipso surripuerat. deinde furẽtis inimici torosũ collum ita arctissimus brachijs circũligat: vt ambo in herbosã ac lubricã terrã dillabantur: Antonius vero nullis vel viribus vel conatibus põt brachia sub iano iferiere de pressa extrahere: sed ianus ab antonio ⁊ suploze ⁊ mix in modũ premẽte fere strãgulatus: deliberat sese oĩno dedere: Cũ victoris antonij clunes inermes eẽ s̃tir: et eas crebris quid ictibus trãstigit. Antonius q̃ manus obsessas extricare nõ põt. nõ iã sauciãti iano q̃ aduer sã fortunã cedit. Hunc sane triũphũ strenua: ac magna virtus cõparat: quẽ inuida fortuna abstulisse conata est.

¶ Merito quereris rerum fortissime princeps

¶ Pene q̃ occiso victus ab hoste cadas.

Nam tua quæ totum fulsisset palma per orbem

Extrat in externo conspicienda duce.

Quæ domito indignum de se præbere triumphum:

Quæ grauis ammissio pæna decore venit:

Quis tibi tunc fuerat defecto lumine vultus

Obuia cum capto teutona turba fuit:

Cum tua spectarent miseranti pignora fronte

Junxit et inuitas obses vterq; manus,

Gaudia fingebas tacito sed mixta dolore:

¶ Non est magnanimi frena subire ductis,

Hinc sua commemorant laceratæ membra catonem

Ne daret indigno colla subacta iugo.

Hinc combusta iacent mandantis corpora Syllæ

Ne foret hostili præda petita manu.

Sumpsit et hinc poenus lætalia toxica ductor

Ut moriens stygias liber adiret aquas,

O dolor: o casus nostris incognite sæclis

O desperandi pugna sinistra viri,

Excute sed tristi magnos de pectore questus:

Non sunt existis probra futura malis,

**C**Sapius et fortis minimo leo concidit lecto

**C**Sapius ervili est casse retentus aper.

Utraq; si iusta pensetur gloria lance

Prostrato maior deduce fama nitet.

Ausus es inuictum concurrere primus in hostem:

Armaq; multiplici regimine sæpta premis.

Ille autem aerias tælum contorsit in auras:

Victor: et intacto corpore sanus abis.

Inuida detraxit cæpto fortuna secundo

Ut solita est partis illa nocere bonis:

Protinus horribili vastum iacis impete vallum:

Altaq; præcipiti fossa tremebat equo:

Intrepidus surgis fortem velut hector: in hostem

Et pedes ensiferam conseris ipse manum.

Debuit alter eques parili certare duello

Stare nec vrgenti conspiciendus equo.

**C**Instantem capiunt melius duo vincula taurum:

**C**Singula quod nequeunt roboza: bina tenent.

At tu profiliens sublimen totus in auram

Uibrata hostili deripis arma manu:



Sint licet herculeæ monumenta perennia dextræ

Non tamen hoc vlllo tempore gessit opus,

Interea sanus feruenti concitus ira

Estuat, et celeri desilit altus equo,

Dextra tenet clauam: tuta est mucrone sinistra

Præperat inq; tuum fortiter ire caput:

Obuius incedis volucris pernicio: euro:

Ile sed amisso saucius ense furit,

Vidimus vt medijs furibundum vallibus vsrum

Cum latum instanti vulnus ab hoste capit,

Illius et grauior læsos dolo: occupat artus

q; proprio infesta strictus ab ense manu est,

Post modo circundans valido tua brachia collo,

Et premit attonitum lapsus vterq; solum.

Jam tua poscebat meritam victoria laudem,

Brachia nisi strato præssa sub hoste forent:

Instabas fouea veluti leo captus in alta

Impia sed nullam fata dedere viam,

Rursus et indignans magno conamine tentas

Eripere obcessas qua potes arte manus.

**C** Srenua sed fatis cedunt prohibētibus acta,  
Quis queat inuitis ferre trophæa deis?  
Succubuit turnus fatis agitatus iniquis.  
Et fuit in phrygium fama relata ducem:  
Uncta nec hostiles superassent brachia vires:  
Ni foret hic laudis fors quoq; læua tuæ,  
Sensit enim ianus clunes quasi victus inermes  
Dixit: et ex isto est palma futura loco.  
Dixit: et in numero confossum vulnere vicit:  
Votaq; sunt ipsi rite soluta deo,  
Dic age quis superet magnum religatus achillem?  
Posse nec inclusas inde referre manus:  
Sic tenuit scisso captas milo robore palmas:  
Et fuit indignis præda cruenta feris,  
Ni fera præfisset iuuenem fortuna ferocem  
Ipse triumphato victor ab hoste fores,  
Aut tua fodisses constanti pectora ferro  
Ne fieres hosti pompa trahenda tuo.  
Inuida quæ rapuit partum fortuna triumphum  
Nobilis hunc virtus Marte fauente dedit,

Argumentum

Ob christiani natalem vniversa terra: ac cæli ipsū im  
præfētariū trīphat: et tandem corruūt falsi illi dei: qui  
hactenus avara et inepta gētilitate venerati fuerant:  
quo circa christiani oēs solēnem hūc diē iure celebrāt:  
et ad concordia vnanimen cōciliandō passim deferuntur  
munera: quæ tū ab hoc tū ab illo missa sunt. Faustus a  
laudabili ista consuetudine minime alienus foret: Imo  
dona ludouicum gongiacum mantuanū antistitē decē-  
cia mitteret: si paupertas maximis et generosis viris  
aduersa pmitteret. Sed quīs exile ac tenue carmen of-  
ferat: tamen generosus animus Ingeria quæuis mune-  
ra exuperat: maxima siquidem maximū: paruula vero  
paruulum decere censentur.

e Nnua nascentis redeunt solennia christi

Sanctaq; virgineo pondera ventre fluunt,

Unica verbigenam resoluta puerpera foetum

Iusta salutiferi gaudia regis habet.

Ipsa etiam tanti præsepis conscia partus

Aurea sublimi sidera voce petunt.

Splendida luxuriat tumefacti regia cæli

Totaq; iam parta terra triumphat ope.

Omnia iam cessant veterum figmenta deorum

Jam reliquo malus numine numen adest.

Jam diuersa ferunt eoi munera reges

Lucida quos recto tramite stella regit.

Viderat extincto latius quam cæsare princeps

Cum faceret paphiæ sacra iocosq; deæ.

Altaq; crediderat positum super astra parentem:

O q̄tum ignaræ credulitatis erat.

Undiq; nunc festam currunt vaga dona perurbem:

Dignaq; consueto tempore strena datur.

Condita dant alij niuibus crysalla gelatis: |

Aur noua mantozea vasa peracta manu.

Dant alij tyrio rubefactas murice vestes:

Missa vel eoo littoze concha venit.

Scilicet hæc liquida plena est concordia mente:

Istaq; sunt anni signa futura boni.

**N**on sinit heu magnis contraria rebus egestas

Ut mitram officiis congrua dona meis.

Non mea centeno renouatur gleba iuenco:

fertile nec gramen plurima tondet ouis.

Non domus alta nitet viridi crustata smaragdo:

Plena nec attalicas arca coerces opes.

Diuitias prædata meas fortuna triumphat

Ne possim fato dextertore frui:

Arta men hic animus gemina præstantior omni

Quæ potuit læta carmina fronte dedit.

¶ Ipsi etiam admittunt tenuissima munera diui

¶ Præstita vincuntur pectore dona pio.

¶ Magna dabit: qui magna potest: mihi parua potēt

¶ Paruaq; poscenti: parua dedisse sat est.

### Argumentum

Is profecto opus diuino numine dignum effinxit: qui mutuum humanæ gentis cōmercium adiuuenit: nam et genitarū rerū necessaria commoda: et deserto hominū ventura dāna præiudicet mortales oēs naturali quodā instinctu ad communem societatem impelluntur: p̄sertim l̄saria studia, bonos et disertos poetas iuicē cōciliant: hoc autem ex Joanne guidotto mantuano canonico facile dignosci potest: qui cum natalem suū vetusto ritu celebraret. spræctis curialibus alijs solum faustum conuiuaz adhibuit: et inter lautissima fercula tū græca tum latina carmina recitauit: quæ quidem fausto arre ctis auribus audienti adeo gratissima fuerunt: vt se po sita omni adulatione dixerit se profecto tam dulci catu iuuenescere posse: quæ cum eæ sybillæ grādiorā æta tem ageret: quis enim eruditam consuetudinem auri- fero illa tago præponendam esse non videt?

m Utua qui gratæ iunxit consortia gentis

¶ Indignū immenso numine finxit opus

Omnia præiudicet genitarum commoda rerum

Multaq; deserto damna futura viro.

Enouit et humano diuinam in pectore mentem  
Quæ data natiuo foedera iure cupit,  
Enouit et vltorem studioꝝ quæq; suorum  
Gaudentesq; pari conditioe pares,  
Præsertim vnanimis sacrarū est turba sororum  
Tantus ab aonio vertice manat amor,  
Uenerat ecce dies filo qui conditus albo  
Indicat ætatis conscia lustra tuæ.  
Huic honor accessit solēnem exactus ad aram  
Etq; sunt faciles testificata deos,  
Solus et accubui mensis conuiuia beatis  
Et cessit salibus cura dolorq; tuis.  
q̄ tua cæcropium redolentia verba leporem.  
Protulit ex cultis lingua diserta modis,  
Condita q̄ dederas pedibus monumenta solutis  
Dorica q̄ latijs carmina mixta sonis,  
festa nec atronitam distraxit curia mentem  
Cuncta sed intentis auribus acta bibi,  
Cum foret attractus tanto modulamine pæan  
Ad querulam cecinit carmina grata lyram.

Et bisjugo festas ducebat monte choreas

Quælibet argutos musa secuta sonos.

Saltabat titubans posito sylvenus asello:

Diffusoq; comes crine lyeus erat:

fluxit et vberior sacri permessidos vnda

Altior aonia silua virebat humo.

Quæ fera non tanto lætata fuisset alumno?

Ec quis inausonio grandius orbe sonat:

¶ Talibus inuicti decoranda est principis aula

Ut sua conueniens facta sequatur honos.

Hoc ego tã dulci possem iuuenescere cantu

Et si cumæo serioz ore forem.

Jam valeat diues flaua pactolus arena:

¶ Grandius est docto munus inesse choro.

Argumentum

Cum faustus carmen a roberto guagino ad sese missuz lectitasset: q̄primū omnes illas curas expuit: quibus afflictus ipse mirum immodum corzodebatur: diu autē secum agitauit: deberet ne tam disertissimo viro respōdere: Nā neq; poma ad feracem alcynoum mittenda: neq; lappæ cum purpureis ipsis adiungendæ sūt. sed nequa papyro ad claudenda rhura robertus careret: faustus inanē z dānād arrogatiā euitans: verecūdum hoc carmen remisit: ipsius roberti poemata oīno duratura: sua vō casura esse iudicās. Nam omne id vex est: qđ ex proprio auctore se ipsū agnoscēte dicatur.

1  
Egimus aonisi redolentia carmina fœtem  
Quæ tua cum suauis musa lepoze canit,  
Protinus afflicto tristes de pectore curas  
Expulit ille tuo missus ab ore sonus,  
Dulcia cæperunt releuati gaudia sensus  
Liber ut a medica cum stetit æger ope.  
Barbara quæ fuerat sacris, et inhospita missis  
Tota micat numeris gallia culta tuis.  
Condere dyrcæo posses noua moenia plectro  
Surdaq; bisonia saxa mouere lyra:  
Laurigeras sacro deducis monte sorores  
Cætera pierio numine turba caret.  
Hinc mea non vllum spirantia pectora phœbum  
Nulla medusæo digna liquore sonant.  
Heu crocito informes pascentia carmina blatas  
Coruus amyclæas inter habendus aues.  
Illa nimis metuunt tantum subitura poetam |  
Cum sint iudicio despicienda suo,  
Nec nisi post habito quærunt loca deuia cætu  
Hinc orta est longæ plurima causa moræ.



**T**urpiter alcinoo dantur mala poma feraci:

Mixtaq; puniceis stat male lappa rosis,

At pia ne careas claudenti thura concullo

Nostri verecunda fronte thalia venit.

Ut tua sunt nullo mortura poemata saclo,

Sic mea sunt breuibus carmina digna tomis,

Er nihil ista suum fallit sententia vatem.

**C**lora etenim proprij iudicis ora manent.

### Argumentum

Tanta syderū oīz vis est: vt mortales oēs vel ad hanc vel ad rem illā inclinēt: et vnusquisq; eo instudio valde pficiat: ad quod a natura ipsa pronior intentiorq; fuerit. Iccirco cum faustus in adiscendo pontificio ac ciuili iure operā oēm impēderet: a furtiua statim musa ad geniale carmen se pene inscio raptus est: tūc amātē liuiam elegit quattuor libris honestauit: quos cū seuerissimī illi romani censores lectitassent: publica laurea corona insignitus fuit. Deinde pacificam vitam inter litteraria tū studia ducebat, non em̄ mansueto poetæ damnosa discordia conuenit. Cæterum inuidus et citans coruus neicioquis eū et inuitū quid ad sumēda in assueta arma cōpulit. Quippe qui tanta petulantia et temeritate vteretur: vt nō soluz in faustū ipsū. Sed in vnumquēq; eruditissimū virum oblatraret: faustus maledicas illas oblocutiōes profus aspernatus esset: Quandoquidem fortis achilles pusillum thersitem curare non debeat. Sed publico auditorio infinita et in audita errata osfēdit: quibus inforne illud monstrum ignaram cæcamq; iuuentutem imbuēbat: Nam qui

alienam maculam tergere potest: id si minus efficiat:  
eadem sese macula notatum esse fatetur: pessima siqui-  
dem herba a sollicito colono radicitus euellēda est: ne  
vnica tantum labe pereat vniuersa seges.

¶ Sa igitur nostras inclinant sydera mentes

¶ Nec nisi naturæ res venit apta suæ.

Sedula quo fierent cupidoꝝ iussa parentum

Omnis erat studijs musa relicta meis.

Sanctaq; sectabar studioso pectore iura

Plus erat existas fertilitatis humo.

¶ Nil iuuat inonso comitatus a poliine vates

¶ Nullaq; pierius foenora reddit ager.

At me natiuum fraudantem munus apollo

Delphica furtiua traxit in antra manu

hausimus et cupido sitiens quos ore pbiletas

hauserat vndantes ex helicone lacus.

Tunc mihi primæuo cantata est liuisa plectro

Cum foret in tenero pectore mollis amor.

Incluta cum nostros legisset roma libellos

Imposuit capiti laurea ferta meo.

Ipse ego prima tuli sudatæ præmis palmae

Et numeris cessit liuida turba meis.

hinc ego secura tranquillus pace fruebar

Oderat et rixas musa quieta graues.

¶ Non bene conueniunt miti fera bella poetæ

¶ Nec bene dis cordi stridet auena sono,

Nescio quis cogit vocalem coruus olozem

Sumere non solita ræla cruenta manu.

Sic etiã petulans indoctum marsia phœbum:

Sic ruit in sacras garrula pica deas.

Sperneret insanum thesitem fortis achilles

Ni fierent vestræ publica damna togæ.

¶ Ergendæ quicunq; notæ contemptor abiuit

¶ Se docet eiusdem criminis esse reum.

Imbuit hic vanis iuuenilia pectora nugis

Et cadit ignaro tracta iuuenta duce.

¶ Tristia nam ctocitans sēper vomit omīna coruus

¶ Hoc natura malum prodigiosa dedit.

Si solum accipiat malæ clistere tepentis:

Omnia de crasso ventre sounta fluent.

Unde miser fugit venetis expulsus abvndis

Cum rudis ingenio notus et arte foret.

Sedula non intrant vassum tot flumina pontum  
Stultus in errores quot ruit iste novos,  
Atq; alio peto: sopito nascitur alter  
Ut casum herculeæ fortiter arte caput,  
Sæpe tantum effudit rauca dum carmina voce  
Claudicat en pedibus syllaba bina suis.  
Ut male defectus cælo vulcanus ab alto  
Claudicat in campis ætna perusta tuis.  
O quantum illudens geminauit turba cachynnum  
O quantum irrisus præstitit iste iocum.  
Non secus insulsi temeraria ludicra mimi  
Cozycio rident sparsa theatra croco:  
Hic etiam interpres dū magnam æneida tentat  
Verba palemonis læsa fuere modi.  
Hæcine pompa fuit totā lactata perurbem?  
